(9)

Quid est, quod Te summum Ecclesiæ Patrem, Fidei, et Sacramentorum Judicem, et Administrum, ab uniis Sacramenti ministerio ab adversariis miserè spoliatum patiamur? Nequaquam ita fiet. Alta mente repono, Te Altissimum Præsidem precor, quid Sacramenta Catholica, magna illa Mysteria, quorum omnium sine exceptione ulla dispensatores, et Dei ministros Sacerdotes Apostolus solummodo existimavit; Sacramenta inquam, quæ Jesuchristi Ecclesiam, cujus Tu Meritissimum Caput Visibile eorum, visibilem reddunt, non omnia à Te Ministrari possunt. Et hujus spoliationis adversarios non alia est culpa, nisi quia Pontifex, Episcopus, et Sacerdos Maximus Sacramentorum institutor es: et qui Jesuchristi eorum Auctoris in Ecclesiæ, et Sacramentorum administratione, et præsulatu succedis, in eorum verò ministerio eniverè excluderis. Administrationem tuam catholicè fateri coguntur, ministrationem autem Sacramentorum omnium absolutè exclodunt. Ecce! mors! Petulans homo, petulans juvencula, qui procaci ut plurimum, et non frequenter sancto Dei filios generandi studio junguntur, Matrimonij Sacramentum, quod nonnisi MAGNUM Paulus venerantur, conferre ab opposita sententia pro arus et focis propugnantes: Tu verò Supremus Ecclesiæ ejusque Sacramentorum Pontifex, Castissimus Episcopus, Virginalis Sacerdos, ac Jesuchristi Sacramentorum Domini unius in viis apertis in prima Cathedra Successor, ejusmodi Sacramenta ministrationem conferre ab adversariis permittis, conficere in religiosis sacramentis precipuus es minister, in godantem et nolis, eptere nunquam. Et gratias agamus Patribus Tridentinis, qui præsentiam Tuam, Tuorumque Sacerdotum, quæ ad talis sacramenti essentialem perfectionem usque tunc (Adversarij statuunt) superflua erat, necessariam indixere: nonquia ephinc Sacerdotalis Dignitas quod ad ejusdem Essentiam adferat precipuam, sed ut (prout putant) Amasij illi suum validè concludant contractum, quem vel sui mutis præsente, et vel muto Sacerdote; quid inquam? et vel dissentiente: amplius; quid ego miser! et vel repugnante, et penes contra-

dicente Sacerdote ipsi exigunt in Sacramentum Nominum ja adversarios, non satis fuit Ecclesiæ Catholicæ suos charissimos Sacerdotes ab hujusmodi Sacramenti ministerio spoliatos, sed eos privatos, aut si malint, Carentes, atque in occultis Ecclesiarum angulis suam ineptitudinem lugentes, quinetiam exinde Seculares personas vel in privatis Capellanis, vel in suis Ecclesiis, inque suorum Sacramentorum ministerij occupatas dolentes apertè habere; non satis ipsi fuit, sed eos si humillimi obedientes, suæ suam vim plorantes in medium ipsa præsent Ecclesia, ut in ejus medio totiesque hujus Sacramenti ministerio privatos inguinè prospiciant, totiesque (melius dicam) ipsis in facie hujusmodi spoliationis ignominia impingatur, totiesque nota hæc inurantur à profanis, quotiès ipsis præsentibus hi conficiant Matrimonium. Melius nobis esset in nostris cubiculis delitescere, quàm in Ecclesiarum prospectu producto, MAGNI Sacramenta hereditario ministerio miserè ejectos audire. Sed Vae! Et hoc assenunt, affirmant, confirmant, totis viribus defendunt, propugnantque Doctores, qui aliqui catholicos adversus Novatores efferatò se arrogant! Attendite vobis, et universo gregi, inquo vos posuit Deus docere Ecclesiam suam: et qui Sacramentum hoc adversus dilaniatores hæreticos statuitis, ipsum à suis matrimonijs, Ethnicorum, Mahumidanorum, Judæorumque aperta distinctione, visibilibus notis signate. Quidni, Beatissime Pater, hæc clamem? hæc repetam, hæc in cælum extollam? Tua est causa, Tuorum Sacerdotum jurisdictio defenditurque postea. Conatur Vox Tua, confringat hos Libani cedros Vox illa Tua, statuatque in nobis ministerium, quod à Jesuchristo accepimus provinibus detinere debemus. Et qui hæreses tuitur, Numine fulgurita, abijs nunquam abijs recedentem sententiam confodiat. Denique, qui Sanctissimus Pater, providissimus Œconomus summus Catholicam ecclesiam protegis, regis, omnique parte incolumem servas, Te Deus O.M. ad suam gloriam, Ecclesiæ stabilitatem, Catholici Gregis emolumentum diu conservet incolumem, ephinc transferendum, ut gremium gloriæ suæ. Amen.